ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 18r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



proximi concupiscimus. bestialis cibus efficit concupis
centia. sicut exemplo potest esse concupiscentia achab. &
factum iezabel deuineu nabathe iezrahelite; Ob
seruanda scene est scae scripture. & iam in uerborum ratio
ne cautela; Quae cum de hominibus dixisset. quia dixit
dominus Ecce dedi uobis omne semen seminans quod est super terram
& omne lignum quod est super terram uobis erit ad escam. De ber
tiis non dixit. quia dedi eis ad escam haec omnia. sed erit illis
ad escam. Ut secundum spiritualem rationem quam exposuimus. af
fectus isti intelligantur homini quidem a deo dati esse. Pre
dici tamen a deo. quod erunt & iam bestiis terrae in cibum.
Ideo ergo cautissimo usus est sermone scripture diuina.
Quae hominibus quidem ait dicere dominum. Dedi uobis haec
ad escam. Ubi autem ad bestias uenit. Non iubentis. sed quasi
pro dicentis significatione dicit. Quia haec erunt & iam
bestiis. & uolucribus. & serpentibus ad escam; sed nos secundum
apostoli pauli sententiam attendamus lectioni ut possimus
sicut ipse ait sensum xpi accipere. & scire quae a deo
donatus sunt nobis. & ea quae nobis ad escam data sunt. Non
faciamus escas porcorum uel canum. sed tales eas preparemus
in nobis. quibus dignum sit nos suscipere. In hospitio cor
dis nostri uerbum ac filium dei uenientem cum patre suo. & uo
lentem facere apud nos mansionem cum spiritu sancto. Cuius prius
templum per sanctitatem debemus existere; ipsi gloria in aeterna secula seculorum

Expl. omel. I.

amen